

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ebrietas g
cum fontibus primis

Innumerabiles iugum dominationis diu recusantes uinolencia in alienum redegit arbitrium.

Alexander, omnium uictor, uino uictus est.

Infiniti numero uino impellente iniusta impiaque homicidia commiserunt.
Quam plurime urbes diu obsesse nec capte custodibus sompno uinoque sepultis
ab hostibus patefacte sunt et incendiis concremate!

Augustinus libro ad sacras uirgines.

Innumerabiles iugum dominationis diu recusantes uinolencia in alienum redegit arbitrium.

Assuetudine uini quamplures in insaniam conversi sunt

← et mentis durante insania ab humana sunt conversatione seiuncti et ferina morte consumpti.

Quamplures uini immoderatus excessus ex diuitibus pauperes reddidit et egenos.

Infiniti numero uino impellente iniusta impiaque homicidia commiserunt.

Quamplurimae urbes diu obsessae nec captae custodibus somno uinoque sepultis
ab hostibus patefactae sunt et incendiis concrematae.

Pseudo-Augustinus, *De sobrietate et castitate*, 3.3 (CSEL 99, L.J. Dorfbauer ed., p.130, ll.15-23).

Fuit autem Alexander statura breui, cerbice longa, letis oculis,
illustris malis ad gratiam rubescentibus,

reliquis uero membris corporis non sine maiestatis decore

→ victor omnium uidebatur, sed uino et ira victus est.

Leo Archipresbyter, *Historia de preliis Alexandri Magni*, 130 (A. Hilka ed., pp.259-60, ll.32-37, 1-2).